

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4325

Auteur(s) : Vincent le Suor [particulier]

Bénéficiaire(s) : Jeanne, fille d'Yves le Suor [particulier]

Bénéficiaire(s) : Nicole, fille d'Yves le Suor [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1261, avril

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Vincent dit Le Suor vend à ses nièces Jeanne et Nicole, filles d'Ives Le Suor, pour 29 sous tournois, les rentes annuelles de deux pièces de terre que Guillaume dit Le Mercierre tenait dudit Vincent à Bleville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° CVIII, p. 92.

Dissertation critique

Avril 1261 ou 1262 (n. s.) : Pâques tombe le 24 avril en 1261 et 9 avril en 1262.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Vincencius dictus Le Suor vendidi et concessi et in perpetuum dimisi Johanne et Nicholae, neptibus meis, filiabus quondam Yvonis Le Suor, pro viginti et novem solidis Turonensium quos propter hoc ab eis habui et recepi, videlicet unum bussellum frumenti ad mensuram de Constanciis, annui redditus ad festum Sancti Michaelis, et unum panem et unam gallinam ad natale Domini, quem redditum michi debebat et reddebat annuatim Guillelmus dictus Le Mercierre, de duabus peciis terre quas tenebat de me in parrochia de Blevilla, per hommagium suum, in quarum una situm est ipsius masnagium, juxta fontem qui vocatur Bornifesse ; alia vero pecia terre est in Hardia, juxta terram Guillelmi Le Mercierre predicti, et butat, ab uno capite, supra terram Guillelmi de Insula et, ab alio, supra terram heredum Hugonis de Fonte. Et ego predictum Guillelmum Le Mercierre atornavi jamdictis Johanne et Nicholae ad hommagium faciendum et ad faciendum omnino quicquid michi faciebat et michi vel heredibus meis facere tenebatur ; et atornavi eisdem sepedictam terram ad faciendam justiciam plenariam sicut ego faciebam et facere poteram, pro predicto reddito habendo, si necesse fuerit, ad terminos prenotatos percipiendum et habendum de cetero ipsis J. et N vel earum heredibus, libere, pacifice et quiete sine contradictione et reclamatione aliqua de cetero mei vel heredum meorum, cum hommagio et omni alio jure quod habebam et habere ego et heredes mei poteramus et debebamus in predicto tenemento seu in tenente illud tenementum. Ego autem et heredes mei tenemur eis et heredibus suis hec predicta omnia garantizare et deliberare contra omnes, salvo jure domini capitalis, vel alias valore ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus. Et hec omnia juravi supra sacrosancta evangelia me fideliter servaturum et quod de cetero contra

non veniam ullo modo. In cujus rei testimonium et munimen presentem cartam sigilli mei munimine roboravi.
Actum est hoc anno graciae M CC LX primo, mense aprilis.